



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Cl. Viri Valerii Andreae Desselii In Academia Lovaniensi  
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Coloniae, 1697**

XXIV. De Clerico venatore.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62934)

## TIT. XXIV.

Sequitur deinceps de criminibus Clericorum propriis, quorum quaedam sunt omnium Clericorum communia, ut Venatio, Percussio & Maledictio.

*Cur Clericis interdicta est Venatio?*

*lib. 1. Pol.* **Q**uia venatio est pars bellicae virtutis teste Aristotele. Jubentur autem Clerici ab omni contentionis & belli specie abstinere. Venationem intellige saluosam & clamorosa, quae fit cum accipitribus, & aliis ejusmodi, quia pugnat haec cum statu & professione Clericorum; quam proinde artem nequitissimam, imo ipsam nequitiam vocat D. August. non eam, quae fit sine strepitu canum & armorum, cum retibus & patulis canibus, modò etiam raro fiat, nec avocet ab officiis. Ut enim D. Hier. ait non invenimus in scripturis sanctis sanctum aliquem venatorem, piscatores invenimus sanctos.

*Qua est poena Clerici venatoris?*  
Deprehensus sapius in venatione, si Epil.

Episcopus sit, tribus mensibus à communione; si Presbiter duobus; si Diaconus, pro arbitrio Judicis ab omni officio, suspenduntur.

De Clerico percussore.

TIT. XXV.

Quis dicitur Clericus Percussor ?

Qui ex prava consuetudine pronus & facilis est ad percutiendum factum vel verberare, sive per se & manibus suis hoc faciat, sive per alium. percussorem intellige, quæ ad eadem aut mutilationem perducatur, non quæ dicto fit aut verbis, arguendo, obsecrando, increpando sibi subditos.

can non licet 23. dist. 86. can. 5. quis om. nem 1. q. 7. can.

Quæ est pœna Clerici percussoris ?

Prælati & cæteri Clerici percussores sunt suspendendi ab officio. Quod si moniti, ne se virent in suos, se non emendent, deponendi sunt, & Ordinibus Ecclesiasticis spoliandi, Permissum tamen judici Ecclesiastico, præter pecuniariam pœnam, virgis cedere delinquentes, citra pœnam irregularitatis, ea moderatione adhibita, ne in vindictam sanguinis transire videatur.

Cum beatus 8 dist. 48 can. E. piscorum 7. dist. 45. c. 1. h. c. 4. sup. de rap. torib.

Cleri-  
uadam  
ommu-  
Male-  
atio ?  
e virtu-  
r autem  
& belli  
acellige  
fic cum  
uia pu-  
ne Cle-  
nequil-  
ocari D.  
strepitu  
& pau-  
at, nec  
hier. ait.  
sanctis  
piscato-  
oris ?  
tione, si  
Epil.